

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL

# BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0359

Sabato 14.05.2022

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Lettera all'Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione dell'850 anniversario della dedicazione della Cattedrale di Notre-Dame di Tournai, in Belgio (22 maggio 2022)**
- ◆ **Rinunce e nomine**

## ◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- S.E. Mons. Carlos María Collazzi Irazábal, S.D.B., Vescovo di Mercedes (Uruguay);
- Em.mo Card. Marc Ouellet, P.S.S., Prefetto della Congregazione per i Vescovi;
- Giovani della Diocesi di Viviers (Francia);
- Membri del "Village de François";
- Membri dell'Associazione Cornelia de Lange;
- Pellegrini dell'Istituto Maestre Pie Filippini, e delle Diocesi di Viterbo e Civitavecchia-Tarquinia, in occasione del 350° anniversario della nascita di Santa Lucia Filippini.

[00754-IT.01]

**◆ Lettera all'Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione dell'850 anniversario della dedicazione della Cattedrale di Notre-Dame di Tournai, in Belgio (22 maggio 2022)**

In data 28 marzo 2022, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Jozef DE KESEL, Arcivescovo di Mechelen-Brussel, Suo Inviato Speciale alla celebrazione dell'850 anniversario della dedicazione della Cattedrale di *Notre-Dame* di Tournai (Belgio), prevista per il 22 maggio 2022.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Can. Olivier FRÖHLICH, Vicario Generale della Diocesi di Tournai;
- Rev.do P. Étienne NTALE, Padre Provinciale dei Barnabiti.

**Lettera del Santo Padre**

Venerabili Fratri Nostro  
IOSEPHO S.R.E. Cardinali DE KESEL  
Archiepiscopo Metropolitae Mechliniensi – Bruxellensi

Venerabilis senectus Deo est et condicio decore dignitateque insignita et eminentia sapientiae: in Domino enim non quae est diuturna neque annorum numero computatur (cfr *Sap* 4, 8), sed bonus est fructus, qui in opere exiguum laboratur iuventutis excipientis doctrinam et demum editur de generationibus illius (cfr *Eccli* 6, 18-19). Quam non modo in hominibus, sed etiam ad domum ecclesiae collaudamus relatam, in qua summus angularis lapis Christus Iesus.

Haec considerantes, valde laetamur de octingentesimo et quinquagesimo celebrando anniversario a dedicatione ecclesiae cathedralis Tornacensis Deo in honorem Dominae Nostrae die IX mensis Maii anno MCLXXI dicatae, cuius diutina sollertia iam per saecula efflorens praeaudanda est, divinarum laudum pio resonans decore, domicilium virtutum, apium curae perugium, Evangelii lumine late advecto merito gloriosa, quae adhuc hodie indefessi pastorum laboris gratia mira eminet pulchritudine.

Tantum recolentes memoriam, quae anno praeterito simpliciore modo ob virus coronarium est celebrata, ut inter sollemnia perfrui possent christifideles praesentia ac verbo alicuius Eminentissimi Viri, qui Nostras vices ibi gerat Nostramque erga istam communitatem manifestet dilectionem, Venerabilis Fratris Vidonis Harpigny, Episcopi Tornacensis, humanissimae petitioni concedentes, ad Te, Venerabilis Frater Noster, mentem Nostram vertimus, qui, nobilissimae terrae Belgii praestantissimus filius, adiuncta Ecclesiae in illis regionibus Europae historiae atque humani divinique cultus et pastoralis operis inde propagati admodum comperis, ut hodie peraptus videaris ad Ecclesiae sollicitudinem per hoc ministerium tuum significandam. Idcirco, hisce Litteris Te Missum Extraordinarium Nostrum nominamus ad sollemnia, quae die XXII huius mensis Maii in eadem cathedrali agentur ad honorandos DCCCL annos eiusdem ecclesiae dedicationis.

Libenter tibi potestatem facimus, dum celebrationi Eucharistiae praesidebis, clerum et populum, necnon publicas auctoritates atque universos christifideles Nostro nomine salutandi ac benedicendi, quos cohorteris, ut in hac orationis domo humano instructa labore, summo angulari lapide ipso Christo Iesu, caelestis Ierusalem fiant imago, Spiritu vivificata, caritate coagmentata. Simul, insuper, gravissimum Nostrum ministerium Petrinum precibus committimus universae Tornacensis communitatis ibi congregatae.

Dum tibi, Venerabilis Frater Noster, Benedictionem Nostram Apostolicam impertimus omnibus, qui celebrationi

intererunt, transmittendam, legationem tuam ardentibus precibus comitamur, a Deo misericordiae suppliciter exposcentes, ut haec communitas fidelium, hunc laetitiae diem affectu sedulo celebrans, quod recordatione percurrit semper teneat in opere.

*Ex Aedibus Vaticanis, die XII mensis Maii, anno Domini MMXXII, Pontificatus Nostri decimo.*

FRANCISCUS

[00762-LA.01] [Testo originale: Latino]

## ◆ Rinunce e nomine

### Nomina del Nunzio Apostolico in Panamá

Il Santo Padre ha nominato Nunzio Apostolico in Panamá Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Dagoberto Campos Salas, Arcivescovo titolare di Forontoniana, finora Nunzio Apostolico in Liberia, Gambia e Sierra Leone.

[00761-IT.01]

[B0359-XX.01]

---